Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiæ,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De Ottone Duce Lothariensi, ex dono Ottonis III. Cap. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Visual Library

euaſit. Ceterùm Creſcentis vxor, quæ ipſum ſpe regnandi in ſuum amorem pellexerat, diſceſſum eius dolens, venenatum chirotecarum ſimulatæ amicitiæ munus ad eum miſit. Quo ille ſenſim infectus, apud Paternum iuxta vaticiniũ ſancti viri exſtinguitur.

De OTTONE *Duce Lotharienſi, ex dono Ottonis III.*

CAP. XL.

ANNO IϽCCCCC. XCI. Carolus Dux moritur. Otto filius eius ſuccedit ei in Ducatu Lotharienſium, qui anno ∞. V. ſine liberis deceſſit, ſepultus Niuellæ ad S. Gertrudem; aut, vt aliqui volunt, Coloniæ ad S. Mariam. *VII. Brabantiæ Dux ex beneficio Imper.*

De ſacra militia S. HENRICI *Imperatoris.*

CAP. XLI.

OTTONE III. veneno exſtincto, poſt duos annos interregni, ſucceſſit S. Henricus, Saxo, Bauariæ Dux, cognomento Claudus, Hungariæ Apoſtolus. *S. Henricus duos cõſtituit Brabantiæ Duces.*

Hic Henetos, qui fide Chriſtiana (cui ſeſe ſub Ottone primo addixerant) repudiata, ad priſtinam idololatriam redierant, & templa deleuerant, trucidatis Epiſcopis, denuo edomuit, & Epiſcopatus Merſburgenſem, Miſnenſem, & Magdeburgenſem, barbarorum armis deuaſtatos, inſtaurauit, nouiſque donationibus auxit. Præcipuè verò Merſbur-